

Sermo

aut perfecte vincimus si humiliter ea sufferimus et nunquam minus in aliquo exercitio faciamus. Secundo passiones sufferimus in domino hoc est in corpore cum carnalibus desideriis et quibuslibet fedis et immundiciis graviter calcabimur. Quas tunc viriliter supplantamus quoniam per fortissima exercitia corpus macramus et macerando maceramus. quousque carnis immundicia penitus extinguatur. corpus peccati quod huiusmodi prurit exarat destruitur. omnia que corpus peccati ad voluptatem postulat per omnia respucies. ut de nobis veraciter dici possit. illud Job. iij. Clamorem exa crosis non audit. quod fortissimo indiget lucramine. quod ut ait ysai. A planta pedis usque ad verticem non est in nobis sanitas. unde bernardus. Nos ipsi gestamus lacum neminem. nobiscum ubi quibus circum ferimus inimicum nostrum carnem hanc loquar de peccato genitricis et nutritricis. sed multo amplius prava consuetudine viciata. nihil est nimis purum in corpore hominis inuenitur. ab intus manat de corde exit pestiferus virus. ac de intus corpus occupat uniuersum. quibus si additum denegamus et ea per contraria exercitia supplantamus. victores erimus gloriosi. Tercio lucrandum est cum laban hoc est cum modo qui grauissimis aculeis nos affligit. cordibus amatorum suorum tres lanceas sicut alter iob miserabiliter infigens. scilicet cupiditate. vanitate et voluptate. de quibus dicit iob. Domine quod est in modo concupiscentia carnis est. id est voluptas. a concupiscentia oculorum. id est cupiditas aut superbia vite. id est vanitas. que tunc passiones suas nobis ingerit. quando eis fortiter repugnamus. Sicut enim dicit bernardus. Unde tribulatio ista nisi dum resistitur peraminatio concupiscentie repugnatur. Si enim voluntarie admittuntur. iam non tibi tribulationem ingerit sed potius consolationem. Lucramur ergo cum his viciis quibus diu eris resistimus. sed tunc supplantamus quoniam iam victa sunt ut amplius non impugnet. que si perfecte vincere cupimus. oportet ut eorum contra in nobis plantem. ut videt contra cupiditatem vel auariciam quibus modis ingerit paupertatem contra voluptatem. austeritatem. contra vanitatem siue superbiam plenam humilitatem induamus. Que tria cum perfecte vite nostre infederint. iam modum perfecte premnimus et la-

ban vicem per oia supplantasse. auxiliare bibes in christo. LVIII. De eodem sermone. iij.

Iacob traductis

omnibus que ad se pertinebant remansit solus. et ecce vir lucrabatur cum eo usque mane Gen. xxxij. Dicit Gregorius. Justorum vita que si quedam forma nobis proponitur imitanda viua enim lectio est vita bonorum. unde non immerito. idem iustus in sacro eloquio libri noianus Apo. xxxij. ubi dicit. Libri apostoli sunt coram eo. quod eorum vita legatur unde debeant remunerari. Expeditis ergo in precedentibus tribus lucraminibus scilicet in vtero. in domo et cum laban et hoc tam in actionibus quam in passionibus nunc in duabus turmis. scilicet actionum et passionum meritis ditari (ut dicere possimus cum iacob. In baculo meo transiui iordanem et nunc cum duabus turmis regredior. quod est dicere. In baculo meo hoc est in baculo crucis transiui nudus iordanem. id est baptismum et nunc ex his lucraminibus ditatus regredior cum duabus turmis. scilicet meritis ut diximus actionum et passionum) si redire ad patriam celestis cupimus lucramen cum angelo aggredi nos oportet. De hoc lucramine duo principaliter prosequitur. Primo enim dicemus de lucraminis instauratione. Secundo de gratie si vincimus assecutione. Primum ibi in proposito themate iacob traductis omnibus et ceteris. Secundum infra. Qui cum videret quod eum superare non posset et ceteris. Primum ad huc in quarto diuiditur. Primo enim dicemus de lucraminis bilitatione. Secundo de viti expositione. Tercio de lucraminis aggressionem. Quarto de lucraminis perseverantia siue continuatione. Primum ibi iacob traductis omnibus que ad se pertinebant remansit solus. secundum ibi et ecce vir. tertium ibi. lucrabatur cum eo. quartum ibi. usque mane. **D**ec omnia per ordinem prosequentes. primo dicendum est quomodo nos debemus ad lucramen preparare. Debemus enim nudi cum nudo angelo aggredi hoc certamen et ab omni quod non est deus vel ad deum ordinatum nos auertere ut ad eum cum quo lucramine accipimus plena nos facie pertrahamus. et hoc est ut dicitur in proposito

exmate traductis oibus. hoc est amonit a se
 oibo q̄ ad se p̄nebañ remāsit sol⁹ nil sibi de
 suis omnibus reseruatis. Et hoc est quod ait
 apostolus. i. **C**orinthiorum nono. **O**mnis
 qui in agone contendit ab omnibus se absti
 net. et illi quidem vt corruptibilem coronaz
 accipiant. nos vero incorruptam. vnde gre
 gorius. **A**udi cum nudo lucrari nos oportet.
Nam si vestitus quilibet cum nudo lu
 cratur citius ad terram descendit. quia habet
 vnde teneatur. quid aut sunt terrena omnia
 nisi quedam corporis indumenta. **Q**ui er
 go contra alium ad certamen properat ve
 stimenta abijciat ne succumbat. **S**ecundo
 dicatur de viri expositione. hoc est quis ille
 vir fuerit qui cum iacob luctabatur. **E**t licet
 diuersi diuersa de hoc asserant. iero. glorio
 sus tamen doctor dicit. q̄ spiritualis lucta fu
 erit. alij autem q̄ fuerit corporalis. **N**os au
 tem hanc ambiguitatem simpliciter transe
 untes dicimus q̄ cum deo in forma tamen
 angeli luctabatur sequentes egregiu docto
 rem gregorium qui dicit. **Q**uis est iste ange
 lus nisi ille qui per p̄phetam dicitur magni
 consilij angelus. quia enī greca lingua euā
 gelizare denunciare dicitur. ergo semetipm
 nobis denuncians deus angelus nominat.
 vnde idem **G**rego. exponens hystoriaz que
 in manibus est iterum di. **D**esignat q̄ ange
 lus qui luctabatur cum iacob deum. **J**acob
 autem qui cum angelo p̄tendit vnus cuius
 q̄ perfecti viri et in contemplatione positi a
 nimam exprimat quia videlicet anima cū cō
 templari deum nititur velut in quodam cer
 tamine posita. modo quasi supat quia intel
 ligendo et sentiēdo. et de incircumscripro lu
 mine aliquid degustat. modo vero succum
 bit. quia et degustando iterum deficit. **T**er
 cio dicendum est de luctaminis aggressione
 de quo licet aliquid dictum sit. hic tamen ex
 pressius exponamus. **N**am de hoc cōgressu
 dicit **G**re. **C**um ad parentes p̄rios iacob
 rediret in via angelum inuenit. cum quo in
 luctādo magnū certamē habuit et subiūgit
Is enim qui certat in luctamine. aliquādo
 se superiorē aliquando v̄o eū cū quo p̄ten
 dit superiorē inuenit. **E**st enim in contēpla
 tiua vita magnanimitatis p̄tentio cum sese p̄

templator per p̄templatōem ad celestia eri
 git. cum in rebus spiritualibus animū ten
 dit. cum transgredi nititur omne quod cor
 ruptibile videt. cum sese angustat vt dilaret
Et aliquando quidem vincit et reluctantes
 tenebras sue cecitatis exuperat. vt de incircū
 scripto lumine quodammodo furtim et te
 nuitur attingat. sed tamen ad semetipsaz p̄
 tinus reuerberata reuertitur. atq̄ ab ea luce
 ad quā respirando transit ad sue cecitatis te
 nebras suspirando redit. **Q**uasi ergo vincit
 angelus quando intellectu intimo apprehē
 ditur deus. quasi etiam vincitur homo qm̄
 subtracta intima luce nolens renitensq̄ ad
 assuetas tenebras redit. **Q**uarto videndū
 de luctaminis continuatione quod notatur
 in eo cum dicitur vsq̄ mane. **N**on enim ces
 sandum est ab hoc sancto exercitio p̄templa
 tionis quousq̄ oriatur. nobis in futura vita
 sol iusticie x̄ps deus noster. nec hoc intendi
 mus q̄ in actu p̄templationis aliquis vale
 at perseverare et in eternū aspectū sine me
 dio p̄tinuare. sed cum subtracta gratia con
 templatiua defecerit. se recipiat in actiuā. nō
 intentione ibi manendi sed se reparandi ita
 vt si interrumpatur p̄templatio. semp̄ rati
 p̄tinuetur et perseueret intentio. **Q**uod per
Ezech. pulcre nobis innuitur vbi dicitur.
Ibant et reuertebantur. ibant in contempla
 tiuam vitam. sed quia nostre corruptionis
 pondere pregrauati. in illa diu stare nō pos
 sumus reuertamur iterum in actiuā. et hoc
 est quod ait **B**ernardus. super predicō h̄
 bo di. **C**um ab actiuā vita ad contemplan
 onem surgimus. quia diu mens stare in cō
 templatione non poterit. sed omne quod de
 eternitate per speculum et in enigmate p̄spi
 cit. quasi furtim hoc et per transitum videt
 ipsa sua infirmitate ab imensitate tante cel
 situdinis animus repulsus in semetipso re
 labitur et necesse est vt ad actiuam vitam re
 deat seseq̄ ipsum continue in vsum bone o
 perationis exerceat. vt cū mens surgere ad
 contemplanda celestia non valet. queq̄ bo
 na que potest agere non recuset. sic q̄ sit vt
 ip̄is suis bonis actibus adiura rursus in p̄
 templationem surgat et amoris pastum de
 pabulo contemplate veritatis accipiat. **I**n
 D 4

qua iterum quod diu se tenere ipsa corruptiois infirmitas non potest. ad bona rursus opera rediens suauitatis dei memoria pascitur. et foris pijs actibus intus vero sanctis desiderijs nutritur. **P** Sequitur secundum principale. scilicet de gratie affectu quod ex prescripta luctatione consequimur que ibi incipit. Qui cum videret quod eum superare non posset etc. Et hec pars quattuor gratias continet que in verbis propositis per ordinem ponuntur scilicet in nervi arefactione nominis impositione. benedictione. diuine penitentie exhibitione. Primum ibi. tenigit nervum femoris eius et statim emarcuit. Secundum ibi nequaquam vocaberis ultra iacob sed israel erit nomen tuum. Tercium ibi. et benedixit ei in eodem loco. Quartum ibi. ortusque est ei sol postquam transgressus est phanuel quod interpretatur contemplans deum vel facies dei. Est autem phanuel locus in quo luctabatur. sic enim dicitur et vocauit nomen loci illius phanuel dicens. Vidi dominum facie ad faciem et salua facta est anima mea. Si ergo has gratias spiritualiter intellectas consequi cupimus cum in angelo magni consilij id est cum deo luctamen congregiamur quod si vicerimus prescriptas gratias consequimur. quod pene eisdem verbis dicit Gregorius loquens. Et nos si ad parentes proprios id est ad sanctos in celo redire cupimus teneamus in via angelum ut suauitate intus apprehendamus deum. Prima ergo gratia quam deo homines ex hoc luctamine consequuntur. si tamen ipsi perseverando vicerint ut eis dici valeat. Si contra deum fortis fuisti quantum magis contra homines preualebis est nervi contractio et per consequens eiusdem nervi arefactio. per quod nobis innuitur quod per huius luctaminis victoriam. omnis in nobis carnalitas et terrenitas extinguitur et marcescit ut nil talium libeat. sed sicut prius talia delectabat hinc sic modo multo plus delectet carere. et hoc est quod dicit Bernardus. Omnipotens deus cum iam per desiderium et intellectum cognoscit. omnium in nobis voluptatem carnis arefacit. et qui prius quasi duobus pedibus innitentes et deum videbamur querere et seculum te-

nerere. post agnitionem suauitatis dei vnus in nobis pes tamen remaneat sanus atque alius claudicat. quia necesse est ut debilitato amore seculi. solus in nobis conualescat amorem. Si ergo tenemus angelum vno claudicamus pede. quia dum crescit in nobis fortitudo dei amoris intimi infirmatur proculdubio carnis fortitudo. quia omnis qui claudicat vno pede soli innititur quem sanum habet. et cui terrenum desiderium iam arefactum fuit in solo pede amoris dei tota virtute se sustinet et in ipso stat. quia pedem amoris seculi quem ponere in terra consueuerat iam a terra suspensum portat. Ut ergo breuiter dicamus habemus carnis et seculi contemptum non reformatum. sed quasi nature coplantatum. non coactum. sed quasi in naturam redactum. ut quod prius fuit delectabile modo sit abominabile et hoc est quod dicit Bernardus. Spirituales homo corpe suo spiritualiter versus affectionem suam quam habet animalis per vim coactam. rationalis per vim subactam. spiritualis inquam habet illam quasi naturaliter affectam. et vbi ille scilicet animalis habet eam per modum necessitatis ille. scilicet rationalis per modum caritatis. ille scilicet spiritualis habet eam versam in mores. Sed diceret aliquis. Numquid tales maiores sunt paulo qui raptus in tertium celum et rediens sustinuit stimulos carnis. Respondeo quod licet paulus sustinuit stimulum carnis. hoc tamen dispensatue a deo permittum est ut post tantam gratiam in eo humilitas seruaretur. et ideo non obstante illo stimulo quantum fuit in eo nervus omnis carnalitaris et terrenitaris emarcuit. quia antequam eidem stimulo consensisset mille prius mortibus succubisset. An non credis. quia non solum nervus sed totus ipse emarcuit cum dicebat se mortuum. Quis autem non ego viuit vtro in me christus. vnde dicebat. Jam non operor ego illud sed quod inhabitat in me peccatum.

LIX De eodem sermone. III

N Equaquam ultra vocaberis iacob sed israel erit nomen tuum. ut supra dicit augustinus. Quisquis habet